

## Band XI., Nr. 5045, Seite 75-76

*Schiedsrichter entscheiden den Streit des Klosters Sirnau mit Uz genannt Claus und Genossen um Wiesen im Gehai.*

Esslingen, im Predigerkloster, 1297. September 16.

Presentium litterarum inspectoribus universis magister Cūnradus rector ecclesie in Obernezzelingen, magister Cūnradus doctor puerorum in Ezzelingen, Erlwinus de Bernhusen olim rector ecclesie in Talvingen et Cunradus dictus Huser de Ezzelingen Constantiensis dyocesis rei notitiam subnotate. Hiis scriptis notum et notorium facimus omni homini fide digno, quod cum in causa que inter venerabiles . . . priorissam et conventum monasterii puellarum de Syrmenowe ordinis sancti Augustini regiminis Predicatorum predicte dyocesis super pratis in fundo dicto zū dem Gehaie sitis ex una, Ūzonem dictum Claus, Giselam et Mehtildim sorores predicti Uzonis, Remonem de Wendelingen predicte Gisele et Walterum dictum Kramer prefate Mehtildis maritos ex parte altera diu foret non sine gravi scandalo coram diversis iudicibus litigatum, tamen eedem partes de prefatis tantummodo pratis et eorundem pratorum accessoriis scilicet super in ius vocationibus, arrestationibus et super offendiculis ac iniuriis quibuscunque in nos volentes tamquam in arbitros seu arbitratores compromittere curaverunt et idem compromissum certa pena scilicet cautione refusionis expensarum totius litis periculo vallaverunt. Recepto itaque in personas nostras huiusmodi compromisso per compositionem amicabilem disposuimus et presenti pagina disponimus ordinavimus et hiis litteris ordinamus, diffinivimus et tenore presentium irrefragabiliter diffinimus, quatenus antedictum monasterium in loco predicto duodecim diurnatas pratorum que vulgo dicuntur Griuntwise iuxta fundum dictum Hagewise, item dimidietatem pratorum dictorum an dem agger que attingit antiqua prata monasterii supradicti itemque prata dicta Sigewartes agger fundis monasterii de Wiler iuxta Neckerum contigua perpetim debeat obtinere et quod omnia prata residua quondam Ūlino dicto Zeller de Ezzelingen in supradicto loco zū dem Gehaie pertinentia Ūzoni et suis coheredibus pertineant et permaneant sine quovis obice contradictionis, ita ut expense litis per compensationem reciprocam defalcentur et quod omnes iniurie cum offendiculis universis de religiosa patientia remittantur. Sane in omnium premissorum evidentiam presens instrumentum hinc inde confectum sigillis domus Predicatorum in Ezzelingen memorati monasterii de Syrmenowe et universitatis populi de Ezzelingen effecimus communiri. <br> <br> Facta est hec ordinatio et ipsius ordinationis pronuntiatio in ambitu memorate domus, anno

## II

domini MCCLXXXVII., XVI. kalendas Octobris, indictione X. In quam revera ordinationem nos predictae partes consensimus et in ipsam per hanc subscriptionem tam efficaciter consentimus, ut eadem ordinatio inter boni viri arbitria debeat computari nec umquam ad melioris viri arbitrium reducetur.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Drei Siegel, 1) des Predigerklosters in Esslingen, vgl. ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. XXXII und die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr.4869 (WUB, Bd. X, S. 505). 2) des Klosters Sirnau, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1634 (WUB, Bd. VI, S. 26). 3) der Stadt Esslingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1424 (WUB, Bd. V, S. 189).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Stadtarchiv Esslingen

**Signatur/Titel des Originals:**

KH U 999

**Regesten:**

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 125, Nr. 293<sup>a</sup>.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Esslingen, im Predigerkloster

**Ortsindex:**

Bernhausen Wohnplatz (481)<br> Bernhausen, Filderstadt, ES<br> Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)<br> Esslingen am Neckar, ES<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Oberesslingen Wohnplatz (341)<br> Oberesslingen, Esslingen am Neckar, ES<br> Sirnau Wohnplatz (347)<br> Sirnau, Esslingen am Neckar, ES<br> Tailfingen Wohnplatz (109)<br> Tailfingen, Gäufelden, BB<br> Weil Wohnplatz (351)<br> Weil, Esslingen am Neckar, ES<br> Wendlingen am Neckar Wohnplatz (465)<br> Wendlingen am Neckar, ES